

In AUTHENT. de fidejus., § sed neque ad res, coll. 1, tit. 4, Novell. 4, cap. 5.

*Sed hodie novo jure prius conveniendi sunt omnes fidejussores, et mandatores, et sponsores quam ad pignorum perveniatur possessores.*

## TIT. XI.

## UT ACTIONES ET AB HEREDIBUS ET CONTRA HEREDES INCIPIAN.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Cum stipulationes<sup>1</sup>, et legata<sup>2</sup>, et alios contractus, post mortem compositos, antiquitas quidem respuebat, nos autem pro communi hominum utilitate recipimus: consentaneum erat etiam regulam, qua vetustas utebatur, more humano emendare: ab heredibus enim incipere actiones, vel contra heredes, veteres non concedebant, contemplatione stipulationum, ceterarumque causarum post mortem conceptarum. Sed nobis necesse est, ne prioris vitii materiam relinquamus, et ipsam regulam de medio tollere: ut liceat et ab heredibus, et contra heredes incipere actiones [et obligationes:] ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo voluntatis contrahentium impediatur. — Dat. 15 kal. nov. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. 531.

## TIT. XII.

## NE UXOR PRO MARITO, VEL MARITUS PRO UXORE, VEL MATER PRO FILIO CONVENIATUR.

1. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Aesclepiodote.

Frustra disputas de contractibus cum marito tuo habitis, utrumque jure steterint, an minime: cum tibi sufficiat, si proprio nomine nullum contractum habuisti, quominus pro marito tuo conveniri possis: quod nec si sponte pro eo intercessisses, quicquam a te propter senatusconsultum<sup>3</sup> exigi jure potuisset. — Dat. prid. id. april. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. CONSS. 287.

2. *Idem*, AA. Terentia.

Ob maritorum culpam uxores inquietari leges<sup>4</sup> vetant. Proinde rationalis [noster,] si res quae a fisco occupatae sunt, domini tui esse probaveris, jus publicum sequetur. — Dat. 3 non. sept. DIOCLETIANO et MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

3. *Idem*, AA. et CC. Carphophoro.

Cum te possessiones non in dotem pro filia tua dedisses, sed ad sustentandam eam extra dotis causam filiae tuae praedia assignasse proponas: civilium munerum<sup>5</sup> vel onerum municipalium obtentu, ex persona mariti ejus, quomodo matres<sup>6</sup> ex persona filiorum, interpellari non possunt: cum neque maritum pro uxoris obligatione conveniri posse constet, nisi ipse pro ea se obnoxium fecit. Certissimum enim est, ex alterius contractu neminem obligari. — 3 id. sept. SIRMII, AA. CONSS. 293.

4. *Idem*, AA. et CC. Philotheta.

Cum te ideo ex persona filii tui<sup>7</sup> commemorare conveniri, quod pro debitis ejus aliquid<sup>8</sup> intulisse videaris: defensionibus tuis uti apud eum, cujus super ea re notio est, minime prohiberis, ut is ad solutionem alieni debiti urgeri te non patiatur. — Dat. 10 kal. sept. TICIANO et NEPOTIANO CONSS. 301.

In AUTHENT. ut non fiant pig. pro aliis, § 1, col. 5, tit. 7, al. Novell. 52, cap. 1.

*Sed omnino qui alium pro alio<sup>9</sup> secundum formam pignorationis exigit, totum idipsum, quicquid sit, in quadruplum vim passo reddet: necnon et ab actione, pro qua talia praesumit, cadet.*

TIT. XI. — 1. L. 11, infr. de contran. et committ. stip. — 2. § 55, Inst. de legat. — 3. L. 1, infr. de leg. Jul. de vi; L. 22, infr. de pign.; L. 1, infr. de priv. fisci; vide tamen L. 3, infr. in quib. caus. pign. fac. contrah.; L. 3, infr. de primipilo. — 4. L. 11, infr. de decurio. — 5. L. 4, infr. h. t. — 6. L. 3, supr. eod. — 7. Arg. L. 28, supr. de pact.; L. 7, infr. de usur. — 8. Adde L. 13, D. quod metus causa gest.

## TIT. XIII.

## NE FILIUS PRO PATRE, VEL PATER PRO FILIO EMANCIPATO, VEL LIBERTUS PRO PATRONO, VEL SERVUS PRO DOMINO CONVENIATUR.

1. Imp. GORDIANUS A. Candido militi

Neque ex ejus filii persona, qui cum sui juris esset, mutuum pecuniam accepit, pater ejus, si non fidem suam obstrinxit, conveniri potest: neque ex ejus, quem in potestate habet, si sine<sup>1</sup> jussu ejus contractum est: neque, [si] contra<sup>2</sup> SC. Macedonianum mutua [pecunia] data est, amplius<sup>3</sup> [quam] de peculio actionem sustinere cogitur. Quapropter pater tuus, si ei pecunia a creditore fratris tui extorta est, ad quam reddendam non tenebatur, praesidis provinciae auctoritate eam recuperabit. — P. P. 3 non. octob. PRO et PONTIANO CONSS. 259.

2. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. Neoterio et Eutolmi.

Ne contra juris auctoritatem ab eo, qui patrem vestrum a quo emancipatos vos dicitis ad munus civile devocaverat, inquietemini<sup>4</sup>, praeses provinciae providebit. — Dat. 8 kal. feb. MAXIMO et AQUILINO CONSS. 286.

3. *Idem*, AA. et CC. Theogeni.

Si filiusfamilias invito patre decurio<sup>5</sup> creatus sit, pro eo patrem inquietari non posse, jure manifestissimo cautum est. — G. 10 kal. Maji, CC. CONSS. 294.

4. *Idem*, AA. et CC. Achivae.

Patris nomine superstitis filium, nec numerum civilium<sup>6</sup>, nec debiti causa<sup>7</sup>, personali posse conveniri actione constat. — S. 12 kal. Mart. SIRMII, CC. CONSS. 300.

5. *Idem*, AA. et CC. Lampetio.

Ex patroni, vel domini contractu liberti, vel servi<sup>8</sup> conveniri non possunt. — Dat. id. april. CC. CONSS. 300.

Nova constitutio Frederici.

*Habita quidem super hoc diligentem inquisitione episcoporum, abbatum, ducum, omnium judicum, et aliorum procerum sacri nostri palatii examinatione, omnibus, qui causa studiorum peregrinantur, scholaribus, et maxime divinarum, atque sacrarum legum professoribus, hoc nostrae pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur studia, tam ipsi, quam eorum nuntii, veniant, et in eis secure habitent. Dignum namque existimus, ut cum omnes bona facientes, nostram laudem et protectionem omnimodo mereantur: quorum scientia totus illuminatur mundus, et a obediendum Deo et nobis ejus ministris, vita subjectorum informatur; quodam speciali dilectione eos ab omni injuria defendamus. Quis enim eorum non miseretur, qui amore scientiae exules facti, de divitiis pauperes semetipsos exinaniant, vitam suam multis periculis exponunt, et a vilissimis saepe hominibus (quod graviter ferendum est) corporales injurias sine causa perferunt. Haec igitur generali, et in perpetuum vultura lege decernimus, ut nullus de cetero tam audax inveniat, qui aliquam scholaribus injuriam inferre praesumat, nec ob alterius cujuscumque provinciae delictum, sive debium (quod aliquando ex perversa consuetudine factum audivimus) aliquid damnum eis inferat: sciuris hujusmodi sacrae constitutionis temerariis, et etiam ipsis locorum rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum: notaque infamiae eis ipso jure irroganda, dignitate sua se cariueros in perpetuum. Verum tamen si liem eis quispiam super aliquo negotio movere voluerit: hujus rei optione data scholaribus, eos coram domino, vel magistro suo, vel ipsius civitatis episcopo, (quibus hanc jurisdictionem dedimus) conveniat. Qui vero ad alium judicem eos trahere tentaverit, etiamsi causa justissima fuerit, a tali conamine cadat. Hanc autem legem inter imperiales constitutiones, scilicet sub titulo, Ne filius pro patre, etc., inseri jussimus. — Dat. apud Roncalias, anno Domini M. C. LVIII mense novembri.*

TIT. XIII. — 1. L. 2, L. 4, infr. h. t.; L. 8, in fin. D. de in jus voc.; L. 26, D. de pign. — 2. L. 1, L. 3, infr. h. t. — 3. L. 5, infr. eod. — 4. Immo vide L. 18, D. de SC. Maced. — 5. L. 6, infr. L. 1, D. d. i. — 6. L. 57, D. de judic.; § 10, Inst. de act. — 7. L. 5, infr. qui bonis cedere; L. 4, infr. h. t. adde L. 5, § 26, D. de agnoscent. et ascend. lib. — 8. L. 5, infr. de decur.; L. 2, D. ad municip. — 9. L. 2, supr. h. t. — 10. L. 5, § 26, D. de agnoscent. et ascend. lib. — 11. L. 7, supr. de judic. — 12. L. 1, supr. de ass. —

## TIT. XIV.

## AN SERVUS PRO SUO FACTO POST MANUMISSIONEM TENEATUR.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Juventiano.

Quamvis cum statulibero contraxeris, tamen ex ante<sup>1</sup> gesto te non habere cum eo: post impletam conditionem libertatis, actionem, scire debes. — P. P. 4 idus decemb. DEXTRO et PRISCO CONSS. 197.

2. Imp. ANTONINUS A. Bexico.

Creditoribus tuis, qui tibi in servitute [mutuum] pecuniam crediderunt, nulla adversus te actio competit: maxime cum peculium<sup>2</sup> tibi non esse legatum proponas. — P. P. 3 kal. sept. LETO et CEREALIS CONSS. 216.

3. Imp. ALEXANDER A. Herodi.

Promissa tibi pecuniae a servo tuo<sup>3</sup>, ut eum manumiteres, si posteaquam manumisisti stipulatus ab eo non es, adversus eum petitionem per in factum actionem habes<sup>4</sup>. — P. P. id. septemb. ALEXANDRO A. CONSS. 227.

4. Imp. GORDIANUS A. Hieroni.

Licet servituti tempore [ea] quae pecuniam matris tuae surripuisse<sup>5</sup> dicitur, ob hujusmodi admissum conveniri non poterat: ad libertatem tamen perducta, (nam caput<sup>6</sup> noxa sequitur) forti actione tenetur<sup>7</sup>. — P. P. id. septemb. PRO et PONTIANO CONSS. 259.

5. *Idem*, A. Chresto.

Si (ut allegas) antequam a domino manumittereris, fundos ejus coluisti, posteaque adempto peculio, libertate donatus es, ob reliqua, si qua primum<sup>8</sup> contracta sunt, res honorum, quas postea propriis laboribus quaesisti, inquietari minime possunt. — P. P. 16 kalend. decembr. ARIANO et PAPPUS CONSS. 244.

6. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Feliciano.

Sive servi sint hi, quorum precibus fecisti mentionem, domi eos conveni: quia inter dominos ac servos iudicium<sup>9</sup> constare nullum potest: sive post delictum manumissi sint: ex antecedentibus post datam libertatem eos nulla ratio juris a dominis quondam conveniri patitur<sup>10</sup>. Sane si post manumissionem<sup>11</sup> quid illicite commiserint, hoc apud praesidem provinciae argue: accepturus ex jure sententiam. — Dat. 2 idus april. BYZANTIUM, AA. CONSS. 287.

## TIT. XV.

## QUANDO FISCUS, VEL PRIVATUS DEBITORIS SUI DEBITORES CONVENIRE POSSIT, VEL DEBEAT.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Valeriano.

Propter res alienum pupilli<sup>2</sup>, res tutoris, qui nihil ex bonis ejus tenet, pignori capi non oportet. — P. P. 11 kal. Junii, LATERANO et REFINO CONSS. 198.

2. Imp. ANTONINUS A. Marco.

Si in causa iudicati Valentis, quem tibi condemnatum esse proponis, nihil est, quod sine questione pignoris loco capi, et distrahi possit: debitores<sup>3</sup> ejus conventi, ad solutionem auctoritate praesidis provinciae compelluntur.

3. Imp. GORDIANUS A. Primiano.

Si debitum non inficiantur hi, quos obnoxios<sup>4</sup> debitoribus fisci esse proponis: potest videri non esse iniquum quod desideras, ut ad solutionem per officium procuratoris compellantur: nam si questio aliqua referatur, id concedi non oportere [etiam] ipse perspicias. — P. P. 6 kal. febr. SABINO et VENUSTO CONSS. 241.

TIT. XIV. — 1. L. 17, D. de neg. gest.; L. 166, D. de reg. jur. — 2. L. 2, L. 5, infr. h. t.; L. 21, supr. de neg. gest.; L. 4, infr. de testam. man.; L. 17, D. de negot. gest.; L. 28, § 2, in fin. D. de liberat. legat. — 3. L. 1, § 10, D. de dote praeg. infr. de pecul. ejus, qui libert. meruit. — 4. L. 77, D. de solut.; L. 2, § 4, D. quar. rer. actio non datur; L. 104, D. de V. O. — 5. Immo vide L. 17, D. de neg. gest. — 6. L. 14, D. de oblig. et act. — 7. L. 1, supr.; § 5, Inst. de maxil. act.; L. 1, in fin. D. de priv. delict. — 8. Immo vide L. ult. infr. h. t. — 9. L. 1, supr. eod. — 10. L. 18, in fin. supr. de transact.; L. 7, supr. de judic. — 11. Obst. L. 4, supr. h. t. — 12. L. 17, § 1, D. de furtis.

TIT. XV. — 1. L. 1, supr. de condic. et lege. — 2. N. 52, c. 1; adde tamen L. 1, § 2, D. si quis jure dicitur non obtinere. — 3. L. 5, infr. de execut. rei iudicatae. — 4. L. 4, infr. h. t. — 5. L. 3, supr. eod.; L. 3, § 8, D. de jure fisci. — 6. L. 1, infr. de conven. fisci debiti. — 7. D. de jure fisci. — 8. L. 6, supr. de oblig. et act. — 9. L. 7, infr. de hered. vel. act. vend.

4. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Zosimo.

Non prius ad eos<sup>1</sup>, qui debitoribus fisci nostri sunt obligati, actionem fiscalem extendi oportere, nisi patuerit principales reos idoneos<sup>2</sup> non esse, certissimi juris est. — S. 12 kal. Maji, AA. CONSS. 295.

5. *Idem*, AA. et CC. Nanidae.

In solutum<sup>3</sup> nomine dato, non aliter nisi mandatis actionibus ex persona sui debitoris adversus ejus debitores creditor experiri potest: suo autem nomine, utili<sup>4</sup> actione recte utetur. — Dat. kal. Jan. CC. CONSS. 294.

## TIT. XVI.

## DE HEREDITARIIS ACTIONIBUS.

1. Imp. GORDIANUS A. Hermeroti.

Pecuniam, quam tibi a matre debitam fuisse dicis, ab heredibus ejus, coheredibus tuis<sup>1</sup>, pro parte tibi competente petere debes. Sed et res, si quae tibi ob idem debitum obligatae sunt, persequi non prohiberis. — P. P. 11. kalend. Mart. GORDIANO A. 2 et POMPEIANO CONSS. 242.

2. Imp. DECURIUS A. Thelemachae.

Pro hereditariis<sup>2</sup> partibus heredes onera hereditaria agnoscere etiam in fisci rationibus placuit: nisi intercedat pignus, vel hypotheca, tunc enim possessor obligata<sup>3</sup> rei conveniendus est. — P. P. 14 kal. novemb. EMILIANO et AQUILINO CONSS. 250.

3. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. [et CC.] Maximae.

Heredes<sup>4</sup> mariti quondam tui de dote tibi reddenda conveni, personalem [enim] actionem contra debitores hereditarios tibi decerni frustra postulas. — P. P. 14 kal. Maji, AA. CONSS. 293.

4. *Idem*, AA. et CC. Crispo.

Sub praetextu<sup>5</sup> aetatis pupilli debitoris hereditarii creditorum exactionem differri non posse, nimis evidens est. Unde, cum te tutorem proponas, quemadmodum a pupillis creditoribus satisfacti, enti<sup>6</sup> debes. — Dat. 10 kal. decemb. SIRMII, AA. CONSS. 293.

5. *Idem*, AA. et CC. Julio.

Ut debitum tibi ante aditam hereditatem solvatur; ac tunc, si ad te pertineret [hereditas] quaeri jubeamus, praepostera petitio est. Etenim cum tibi socii successione[m] quaesitam patuerit, debiti petitionem extinguere per confusionem<sup>7</sup> non ambigitur. — Dat. prid. non. Mart. SIRMII, CC. CONSS. 294.

6. *Idem*, AA. et CC. Domno.

Si adulta, cujus curam geris, pro triente patris tuo, quem etiam tutelam [ejus] administrasse proponis, heres exiit, nec ab eo quicquam exigere prohibita<sup>8</sup> est: debitum a coheredibus ejus pro besse petere non prohibetur; cum ultra eam portionem qua successi, petitio non confundatur<sup>9</sup>. Nam adversus adultam tuam rescindi postulas testamentum, si quidem coheredes ejus adentes hereditatem se etiam obligant, et si non solvendo constituti probentur postulata separatione<sup>10</sup>, nullum ei damnum praeses provinciae fieri patietur. — Dat. kalend. dec. AA. CONSS. 299.

7. *Idem*, AA. et CC. Apolausto.

Creditoribus<sup>11</sup> hereditarios adversus legatarios non habere personalem actionem heredi rei faciat obnoxios. — Dat. 6 id. decemb. NICOMEDIAE, CC. CONSS. 300.

## TIT. XVII.

## EX DELICTIS DEFUNCTORUM IN QUANTUM HEREDES CONVENIANTUR.

1. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Macedoni.

Post<sup>2</sup> litis contestationem, eo, qui vim fecit, vel concussionem intu

TIT. XVI. — 1. L. 6, infr. h. t.; L. 14, infr. ad leg. Falc.; L. 7, infr. de bon. auth. jud. poss. — 2. L. 1, supr. si certum pet. — 3. L. 2, infr. si unus ex plurib.; L. 2, § 2, vers. sed ai poss. D. de stip. pret.; L. 88, § 2, in fin. D. de verb. oblig. — 4. L. 9, infr. solut. matrim. — 5. L. 8, in fin. infr. de non numer. pecun.; L. 8, infr. mandati; L. 5, in fin. pr. D. quib. ex caus. in posses. — 6. L. 5, § 9, D. de reb. eorum qui. — 7. L. 50, D. de fide juss. — 8. L. 7, infr. de bonis auth. jud. poss.; L. 23, D. ad leg. Falcid. — 9. L. 3, infr. de contran. judic. tutel.; L. 14, infr. ad leg. Falc.; L. 7, infr. de bon. auth. jud. poss. — 10. L. 3, infr. d. i. et D. de separationibus. — 11. L. 3, § 16, D. ad SC. Treb.; L. 15, infr. de donat. — 12. L. 16, supr. de pact.; L. 6, supr. famil. ercis.

TIT. XVII. — 1. L. 20, D. de accus. adde L. 5, infr. ad leg. Jul. maji. — 2. § 1, vers. penales Inst. de perpet. et tempor. act.; L. 26, L. 55, L. 58, D. de oblig. et act.; L. 1, D. de priv. delict.



lit, vel aliquid deliquit, defuncto, successores ejus in solidum, alioquin in quantum ad eos pervenit, conveniri juris absolutissimi est: ne alieno scelere ditentur. — Dat. 5 kal. Maji, Sirmii, CC. Conss. 294.

TIT. XVIII.

DE CONSTITUTA PECUNIA.

1. Imp. GORDIANUS A. Felici.

Si pro alieno debito te soluturum constituisti: pecuniae constituta actio non solum adversus te, sed etiam adversus heredes tuos perpetuo competit. — Dat. 7 kal. Julias, Sirmii, CC. Conss.\*

In AUTHENT. ut, cum de appellat. cog., § ad hoc, aliud, coll. 8, tit. 16, al. 12, Novell. 118, cap. 6.

Si quando quis pro se, vel pro alia persona pecuniam se solvere constituerit, vel sponderit: sic dicens, Satisfaciam tibi, tenetur pro quantitate, quam promisit. Sin autem sic dixerit, Satisfiet a me, et ab illo, et illo: illis quidem, quos nominavit, non consentientibus, solus pro rata tantum portione persolvat. Sin autem dixerit, Satisfiet, verbo impersonaliter prolato non tenebitur. Sin autem sic dixerit, Erit tibi satisfactum, aut a me, aut ab illo: illo quem nominavit, non consentiente, solus in solidum tenebitur.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Receptitia actione cessante, quae solennibus verbis composita inusitato recessit vestigio, necessarium nobis visum est magis pecuniae constitutae naturam ampliari. Cum igitur praefata pecuniae constituta actio in huiusmodi casibus a veteribus conclusa est, ut exigeret res quae pondere, numero, mensura consistunt, in aliis autem rebus nullam haberet communionem; et neque in omnibus casibus longeva esset constituta, sed in speciebus certis annali spatio concluderetur, et dubitaretur, an pro debito sub conditione, vel in diem constituto eam possibile esset fieri, et an pure constituta pecunia contracta valeret: hac apertissima lege definimus, ut liceat omnibus [constituere] non solum res, quae pondere, numero, mensura consistunt, sed etiam alias omnes, sive mobiles, sive immobiles, sive sese moventes, sive instrumenta, vel alias quascunque res, quas in stipulationem possunt homines deducere: neque sit in quocunque casu annalis: sed sive pro se quis constituat, sive pro alio, sit [et] ipsa in tali vitae mensura, in qua omnes personales actiones positae sunt, id est, [in] annorum metis triginta: et liceat pro debito pure, vel in diem, vel sub conditione constitui: et non absimilem penitus stipulationi habeat dignitatem, suis tamen naturalibus privilegiis minime defraudata sit: sed [et] heredibus, et contra heredes competat: ut neque receptitia actionis, neque alio indiget republica in huiusmodi casibus adminiculo, sed sit pecuniae constituta actio per nostram constitutionem sibi in omnia sufficiens: ita tamen, ut hoc ei inhæreat, ut pro [jam] debito fiat constitutum: cum secundum antiquam receptitiam actionem res exigebatur, etiam si quid non fuerat debitum: cum satis absurdum, et tam nostris temporibus quam iustis legibus contrarium sit, permittere per actionem receptitiam res indebitas consequi, et iterum multas proponere conditiones, quae et pecunias indebitas, et promissiones corrumpi et restitui definiunt. Ut non erubescat igitur tale legum jurgium, hoc tantummodo constituatur, quod debitum est: et omnia, quae de receptitia in diversis libris legumlatorum posita sunt, aboleantur, et sit pecuniae constituta actio omnes casus complectens, qui et per stipulationem possunt explicari.

§ 1. Et neminem moveat, quod sub nomine pecuniae etiam omnes res exigi definimus: cum et in antiquis libris prudentium, licet constituta pecunia nominalatur, tamen non pecuniae tantum per eam exigebantur, sed omnes res, quae pondere, numero, mensura constitutae erant: sed et possibile est omnes res in pecuniam converti: si enim certa domus, vel certus ager, vel certus homo, vel alia res, quae expressa est, in constituendis rebus ponatur: quid distat a nomine ipsius pecuniae? Sed ut utilitati eorum satisfiat, qui non sensum, sed vana nomen vocabula amplecti desiderant: ita omnes res veniant in constitutam [actionem], tanquam si fuisset ipsa pecunia constituta: cum etiam veteres pecuniae appellatione omnes res significari definiant, et huiusmodi vocabulum, et in libris

3. L. 16, in fin. D. quod met. caus.; L. 25, § 8, D. ad leg. Aquil.; L. 38, l. 44, D. de R. J. Tr. XVIII. — 1. Lib. 15, D. 5, § 9, Inst. de action. — 2. Arg. L. 11, § 1, D. de duob. res. — 3. L. 26, infr. de usuris. — 4. L. 5, § 2, D. h. t. — 5. L. 178, D. de verb. sign. adde. L. 2, § 3, D. de reb. cred.; L. 1, pr. Inst. l. 5, § 3; L. 7, § 3, D. de SC. Maec. — L. 36, pr. D. de legat. 1; immo vide L. 5, pr. D. de verb. sign. — 6. N. 156, Edict. Inst. § 7, § 4, Inst. l. 26, D. de fidejuss. — 8. L. 7, D. de fidejuss. tut. Tr. XIX. — 1. Lib. 22, D. 3. — 2. L. 2, l. 2, l. 3, l. 12, in fin. D. h. t.; L. 4, supr. de edendo; L. 25, supr. de rei vindic.; L. 9, supr. de oblig. et act.; L. 1, infr. de fide instrum.; L. 10, infr. de nou numer. pecun.; L. 9, infr. de except. vide tamen L. 25, infr. h.

juris auctorum, et in alia antiqua prudentia manifestissime inventum sit. — § 2. His videlicet; quae argenti distractores, et alii negotiatores inde fense constituerint, in sua firmitate secundum morem usque adhuc obtinentem durantibus. — Dat. 10 kal. Mart. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. 531.

3. Idem, A. Joanni P. P.

Divi Hadriani epistolam, quae de periculo dividendo inter mandatores et fidejussores loquitur, locum habere, in his etiam qui pecunias pro aliis simul constituunt, necessarium est: aequitatis enim ratio diversas species actionis excludere nullo modo debet. — Dat. kal. nov. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. Conss. 531.

TIT. XIX.

DE PROBATIONIBUS.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Faustino.

Ut creditor, qui pecuniam petiit numeratam, implere cogitur, ita rursum debitor qui solutam affirmat, ejus rei probationem prestare debet. — P. P. prid. kal. Julii, Dextro 2 et Prisco Conss. 197.

2. Imp. ANTON. A. Auliano.

Possessiones, quas ad te pertinere dicis, more judiciorum perseguere: non enim possessori incumbit necessitas probandi eas ad se pertinere: cum te in probatione cessante dominium apud eum remaneat. — P. P. 15 kal. decemb. Læto et Cereale Conss. 216.

3. Imp. ALEXAND. A. Lænae et Lupo.

Ex persona collegae avi vestri conveniri non debetis, si eundem collegam tempore depositi officii [solvendo] fuisse ostenderitis. — P. P. 5 kal. Januar. Pompeiano et Peligno Conss. 252.

4. Idem, A. Vito.

Proprietatis dominium, non tantum instrumento emptiois, sed et quibuscunque aliis legitimis probationibus ostenditur. — P. P. kal. novemb. ALEXANDRO A. 3 et DIONE Conss. 250.

5. Imp. PHILIPPUS A. et PHILIPPUS C. Sertorio.

Instrumenta domestica, seu privata testatio, seu adnotatio, si non aliis quoque adminiculis adjuventur, ad probationem sola non sufficiunt. — P. P. 7 idib. april. PHILIPPO A. et TITIANO Conss. 246.

6. Idem, A. et C. Romulo.

Rationes defuncti, quae in bonis ejus inveniuntur, ad probationem sibi debita quantitas solas sufficere non posse, saepe rescriptum est. Ejusdem juris est, et si in ultima voluntate defunctus certam pecuniam quantitatem, aut etiam res certas sibi deberi significaverit. — P. P. idib. Martii, PHILIPPO A. et TITIANO Conss. 246.

In AUTHENT. de jurejurando a mortuo prestato, § ult., coll. 5, tit. 5, al. 2, Nov. 48, cap. 1.

Quod obtinet omnimodo, si testator non juraverit: alioquin heredes necesse habent testatoris religioni stare, aut minime fruuntur his quae relicta sunt: sed creditoribus nihil ex hoc praedicti comparabitur.

7. Imp. GALLIENUS A. Sabino.

Exemplo perniciosum est, ut ei scripturae credatur, qua unusquisque sibi adnotatione propria debitorum constituit. Unde neque fiscum, neque alium quemlibet ex suis subnotationibus debiti probationem praebere [posse] oportet. — P. P. 3 non. Mart. GALLIENO A. 7 et SABINO Conss. 267.

8. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Publicio et Optato.

Frustra veremini, ne ab eo qui lite pulsatur, probatio exigatur. — P. P. 14 kal. Basso et Quintiano Conss. 289.

9. Idem, AA. et CC. Martiana.

Cum te minorem quinque et viginti annis esse proponas, adire praesidem provinciae debes, et de [ea] aetate probare. — Dat. idib. april. AA. Conss. 293.

t. l. 22, infr. ad leg. Corn. de fals. — 3. L. 2, l. 13, in fin.; L. 19, pr. D. h. t.; L. 1, D. de except.; L. 10, infr. de nou numer. pec.; L. ult. infr. de solut. — 4. L. 1, supr. h. t.; L. 4, supr. de edendo; L. ult. supr. de rei vindic. — 5. L. 1, § 10, § 12, D. de tutel. et ration. dis. — 6. L. 10, in fin. supr. de rei vindic. — 7. L. 6, l. 7, infr. h. t.; L. ult. infr. de con. ven. fisci debiti. — 8. L. 5, supr. h. t. — 9. Adde L. 27, § 5, D. de legat. 3; L. 11, § 1, D. de interrogat. in jur. fac. — 10. L. 5, l. 6, supr. h. t. — 11. L. ult. infr. de con. ven. fisci debiti. — 12. L. 1, supr.; L. 2, D. h. l.; L. 4, supr. de edendo. — 13. L. 4, supr. de in integr. restit. — L. 2, l. 59, pr. D. de minorib.

10. Idem, AA. et CC. Isidoro.

Neque natales tui, licet ingenium te probare possis, neque honores, quibus te functum esse commemoras, idoneam probationem pro filiae tuae ingenuitate continent: cum nihil prohibeat, et te ingenium, et eam ancillam esse. — Dat. 18 kal. Maji, AA. Conss. 295.

11. Idem, AA. et CC. Antoniae.

Si scriptam heredem ab amita tua, vel [de] testamenti vitio, vel quacunque alia ratione non posse obtinere hereditatem, probari a te posse confidis, de hac hereditate apud rectorem provinciae agere potes. — S. 5 kal. Maji, Heracliae, AA. et CC. Conss. 294.

12. Idem, AA. et CC. Chroniae.

Cum res non instrumentis gerantur, sed in hac rei gestae testimonium conferatur, factam emptioem, et in vacuum possessionem inductum patrem tuum, pretiumque numeratum, quibus potes, jure proditis probationibus docere debes. — Dat. 5 non. octob. AA. et Conss. 299.

13. Idem, AA. et CC. Justino.

Non epistolae necessitudo consanguinitatis, sed natalibus, vel adoptionis solemnitate conjungitur: nec adversus absentem hereditatis dividenda gratia velut contra fratrem pro ancilla petitus arbiter, substantiam perimit veritatis. Sive itaque quasi ad sororem, quam ancillam te posse probare confidis, epistolam emisisti; sive familiae eriscunde, quasi pro coherede petitus arbiter doceatur, fraternitatis questio per haec tolli non potuit. — Dat. kal. decemb. AA. Conss. 299.

14. Idem, AA. et CC. Muciano.

Non nudis adseverationibus, nec ementia professione, [licet utrique consentiant] sed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione solenni filii civili jure patri constituuntur. Si itaque hunc, contra quem supplicas, alienum esse [probare] confidis: per te, vel per procuratorem adfirmationem ejus falsam detege. — Dat. kal. decemb. AA. Conss. 299.

15. Idem, AA. et CC. Antonio.

Vis ejus qui se dominum contendit, ad imponendum onus probationis servo minimo prodest. Cum igitur aufugisse te de domo Severi profitearis, verum nec ab illo justo initio: sed per violentiam adseveras [te] esse detentum, inquisito prius, an in possessione libertatis sine dolo malo constitutus sis, tunc etiam onus probationis quis debeat subire, per huiusmodi eventum declarabitur. — Dat. 6 kal. Jan. AA. Conss. 299.

16. Idem, AA. et CC. Philippo et Sebastiano.

Sive possidetis praedia, quae a patre communi sibi fratres emancipati donata contententes vindicant: ipsis incumbit facti probationis necessitas: sive ipsis ea praedia quasi a patre vestro sibi donata tenentibus, vos coheredes constituti patris petitis: ut intentionem vestram non constituisse detegant, unde domini facti sunt, emergente questione, docere compelluntur. — Dat. 10 kal. febr. AA. Conss. 299.

17. Idem, AA. et CC. Paulinae.

Matrem tuam consecutam libertatem, ac te post eam, ut ingenua probari possis, ostendi convenit. Quod enim fratribus tuis nulla moveatur questio, ad defensionem tuam nihil prodesse potest. — Dat. 5 id. febr. AA. Conss. 299.

18. Idem, AA. et CC. Violantillae.

Cum precibus tuis significes, ignorante te praedium eum, cujus meministi, sibi velut a te donatum instrumentis inseri fecisse: si vera sunt, [quae] precibus indidisti, nec ad nomen factae donationis veritas iste pervenit: unde alio iudice competenti, probare te oportet contra voluntatem tuam hunc fundum instrumento adversarium tuum sibi adscribi laborasse: ut secundum tenorem rescripti nostri possis consequi sententiam. — Dat. 12 idus april. Byzantii, CC. Conss. 300.

19. Idem, AA. et CC. Menandro.

Exceptionem dilatoriam opponi quidem initio, probari vero, postquam actor monstraverit, quod adseverat, oportet. — Dat. 15 kal. april. Nicomediorum, CC. Conss. 300.

14. L. 1, infr. de dignitat.; L. 5, D. de off. praetor. adde L. 25, infr. de liberali caus. — 15. Vide enim L. 19, l. 24, D. de statu hom. — 16. L. 10, infr. de fide instrum.; L. 17, supr. de pact. — 17. L. 12, infr. de fide instrum. — 18. Adde L. 15, l. 29, D. l. 14, infr. h. t. — 19. Immo vide L. 85, D. de condit. et demonstr. — 20. L. 5, supr. de jur. et facti ignor. — 21. Adde L. 41, infr. de liber. caus. vide tamen L. 29, D. h. t. — 22. L. 5, infr. de testam.; L. 29, D. h. t.; L. 12, D. de iure patron.; L. 4, infr. de hered. instut. — 23. L. 6, D. de his qui sui vel alieni. — 24. L. 13, supr. h. t. pr. Inst. de adopt. — 25. Confer. L. 20, D. h. t.; L. 21, infr. de liberali caus. — 26. Immo vide L. ult. supr. de rei vindic.; Arg. L. 2, D. h. t. — 27. Immo vide vers. sufficit, pr. Inst. de ingenuis. — 28. Adde L. 22, infr. h. t.; L. 17, infr. de liberali caus. — 29. L. 10, infr. de donat. — 30. L. ult. pr. vers. neque enim, infr. arbit. tut. — 31. L. 13,

In AUTHENT. de testib., § quia vero multi, col. 7, tit. 2, Nov. 90, cap. 4.

At qui semel produxerit testes, aut bis, aut ter: et testificata tractaverit, aut ab adversario hoc faciente disputationem acciperit, et ex hoc testificata didicerit, non habebit licentiam ulterius uti productione testium, ex divina etiam jussione: si vero hoc non egerit, tunc danda est quarta productio testium: sacramento ab eo prius dando, quod neque subtraxerit, neque percontatus est ipse testificationes, vel aliquis advocatorum ejus, vel alius pro eo agens: nec per dolum, nec per machinationem, vel artem, quartam productionem testium petat fieri.

20. Idem, AA. et CC. Phronimae.

Si de possessione servitutis, emptiois instrumentis subtractis, in libertatem proclamat Eutychia, cum petitori probationis onus incumbit, intentione sua defecta, his juvari minime potest: nam si in servitute petatur, ad emptiois probationem non est indicis alius opus, sed instrumentorum furtum monstrare sufficit. — 4 non. decemb. Nicomediae, CC. Conss. 300.

21. Idem, AA. et CC. Crispo.

Ad probationem domini, aliena subtrahentes instrumenta, his uti minime possunt: quippe cum horum lectio non recitanti, sed quem tenor scripturae designat, adjuvet. Cum itaque nec caetera probationum indicia reprobentur, jure competenti, praediorum quae in questionem veniunt, dominium ad te ostende pertinere: nam res vindicantem, ab explore suos numeratos nummos adseverantem, erga probationem laborare non convenit: si quidem huiusmodi, licet probetur factum, [tamen] intentioni nullum praebet adminiculum. — S. 6 id. decembris, Singiduni, AA. Conss. 303.

22. Idem, AA. et CC. Agathoclea.

Ad probationem servitutis Glyconis, matrem ejus ac fratrem servilia fecisse ministeria non sufficit: cum neque ingenuorum conniventia conjunctis necessitudine praedictet: neque de servis ex eadem matre natis libertatem unus adipisci prohibeatur. — Dat. 9 kal. Januar. ipsis CC. Conss. 304.

23. Idem, AA. et CC. Menelao.

Actor, quod adseverat, probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit: cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit. — Dat. 8 kal. Januar. CC. Conss. 304.

24. Imp. VALENS, GRATIANUS, VALENTINIANUS AAA., ad Antonium praefectum praetorio, post alia.

Jubemus omnes, qui scripturas suspectas comminiscuntur, cum quid in iudicio promiserint, nisi ipsi adstruxerint veritatem, ut nefariae scripturae reos, et quasi falsarios esse detinendos. — Dat. prid. idib. Januar. Tiberiade et Valente 5 et VALENTINIANO jud. Conss. 376.

25. Imp. GRATIANUS, VALENTINIANUS et THEODOSIUS AAA. Floro P. P.

Sciant cuncti accusatores eam se rem deferre in publicam notionem debere, quae munita sit idoneis [testibus, vel] instructa apertissimis documentis, vel indicis ad probationem indubitatis et luce clarioribus expedita.

TIT. XX.

DE TESTIBUS.

Hanc legem restituit ex Basilicis Cujacius, lib. 13, observat., cap. 58, quam Antonini esse existimat: illius autem ea est sententia: Ne testes recipiantur adversus tabulas vel instrumenta, quae etiam testium subscriptionem habent: et eam expressit Harmenopolus his verbis, lib. 1, tit. 6, Ἀρχαίος μαρτυρία κατὰ ἐγγράφου μαρτυρίας ἰσχύειν οὐ δύναται.

Contra scriptum testimonium non scriptum testimonium non fertur.

Infr. de except. — 32. L. 5, l. 10, infr. de fide instrum. — 33. L. 1, supr.; L. 3, D. h. t. — 34. L. 20, supr. cod. — 35. Vide tamen L. 4, infr. si quis alteri vel sibi. — 36. L. ult. infr. h. t. — 37. L. 6, supr. de rei vindic. — 38. Far. l. 17, supr. h. t. — 39. L. 1, supr. cod. — 40. L. 11, supr. de hered. petit. — 41. L. 21, D. h. t.; L. 10, infr. de nou numer. pecun. vide tamen L. 5, in fin. D. h. t.; L. 14, in fin. infr. de contrah. stipul.; § 22, Inst. de inutil. stipul.; L. 9, infr. de codicill. — 42. Adde L. 2, infr. de fide instrum. — 43. L. 21, supr. h. t.; L. 15, infr. de iure dot. — Tr. XX. — 1. Lib. 22, D. 5, N. 300. — 2. L. 14, infr. de contrah. stipul.; L. 27, infr. de testam.



2. Imp. ALEXANDER A. Carpo. Si tibi controversia ingenuitatis fiat, defende causam tuam instrumentis et argumentis, quibus potes: soli enim testes ad ingenuitatis probationem non sufficiunt. — P. P. 10 kal. Maji, MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

3. Imp. VALERIANUS et GALLIENUS AA. Rosa. Etiam jure civili domesticis testimoniis fides improbat. — P. P. 3 kal. septemb. VALERIANO 3 et GALLIENO 2 AA. CONSS. 256.

4. Imp. CARUS, CARINUS et NUMERIANUS AAA. Valerio. Sola testatione prolata, nec aliis legitimis adminiculis causam approbatam, nullius esse momenti, certum est. — P. P. 8 kal. decemb. CARO et CARINO AA. CONSS. 285.

5. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. Candido. Eos testes ad veritatem juvandam adhiberi oportet, qui omni gratia et potentia fidei religioni iudiciali debitam possint praeparare. — P. P. 5 kal. Maji, MAXIMO 2 et AQUILINO CONSS. 286.

6. Idem, AA. et CC. Tertullo. Parentes et liberi invicem adversus se nec volentes ad testimonium admittendi sunt. — P. P. 4 non. decemb. NICOMEDIA, CC. CONSS. 294.

7. Idem, AA. et CC. Diogeni et Ingenuae. Nihil grave est, quod petitis, urgeri partem diversam ad exhibitionem eorum, per quos sibi negotium fiat: unde intelligitis, quod intentionis vestrae proprias afferre debetis probationes, non adversus se ab adversariis adduci. — Dat. 6 kal. Maji, CC. et CONSS. 294.

8. Idem, AA. et CC. Deruloni. Servos pro domino, quemadmodum adversus eum, interrogari non posse: pro facto autem suo interrogari posse, non ambigitur. — Dat. kal. novemb. NICOMEDIA, CC. CONSS. 294.

9. Imp. CONSTANTINUS A. ad Julianum praesidem. Jurisjurandi religione testes, prius quam perhibeant testimonium, jamdudum arctari praecipimus: et ut honestioribus potius testibus fides adhibeatur. — § 1. Simili modo sanximus, ut unus testimonium nemo iudicum in quacunque causa facile patiatu admitti. Et nunc manifeste sancimus, ut unus omnino testis responsio non audiatur, etiamsi praecleara curiae honore praefulgeat. — Dat. 8 kalend. septembr. NAISSE, OPTATO et PAULINO CONSS. 354.

10. Imp. VALENT., GRAT. et VALENTIN. AAA. ad Gracchum P. urbi. Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem jura submovent. — Dat. 5 kal. decemb. VALENTE 5 et VALENTINIANO JUN. CONSS. 376.

11. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Caeciliano P. P. Quoniam liberi testes ad causas postulantur alienas, si socii et participes criminis non dicantur, sed fides ab his notitia postuletur, in exhibitione necessarium personarum, hoc est testium, talis debet esse cautio iudicantis, ut his venturis ad iudicium per accusatorem, vel ab his, per quos fuerunt postulati, sumptus competentes dari praecipiat. Idem juris est, et si in pecuniaria causa testes ab alterutra parte prodicendi sunt. — Dat. 15 kalend. februar. RAVENNAE, HONORIO 8 et THEOD. 4 AA. CONSS. 409.

In AUTHENT. de testib., § si vero dicatur, col. 7, tit. 2, Novell. 90, cap. 6.

Si testis productus dicatur servilis esse fortuna, et testari voluerit, ipse vero se liberum esse affirmet, si quidem ex nativitate, impletur testimonium ejus: ut, si is habita disputatione servus esse apparuerit, respuatur ejus testimonium. Si vero libertinum se dixerit: prius instrumentum suae manumissionis ostendat, quam testificetur: nisi juraverit se alibi probationes habere: quo facto, testificatio quidem scribitur: sed nisi instrumentum monstraverit, respuatur testimonium ejus. Si vero dicatur odiosus ex lite criminis inter eos mota, et hoc apparuerit: non ante audiatur, quam de crimine iudicetur. Si vero ex lite pecuniaria, vel aliter et odiosus, procedat quidem testatio, tempore vero disputationum serventur hujusmodi quaestiones.

12. Idem, AA. Georgia. Libertorum adversus patronos illicitas atque improbas voces poena

3. Adde L. 6, infr. de fide instrum.; L. 16, infr. de liberali caus.; L. 10, L. 17, supr. tit. prox. — 4. L. 6, infr.; L. 2, L. 5, L. 9, L. 10, D. h. t.; L. 1, infr.; L. 10, § 4, D. de questionib.; L. 4, supr. de edendo. — 5. L. 5, supr. l. 9, D. de testib.; L. 10, § 4, D. de questionib.; L. 4, supr. de edendo. — 6. L. 4, L. 1, supr. de probat.; L. 2, D. de questionib.; L. 7, D. de probat.; L. 11, L. 16, L. 19, infr. h. t.; L. 32, l. 20, D. de questionib.; L. 10, D. h. t. adde supr. ne quis in sua causa. — 14. L. 16, in fin. D. de questionib.

objectione pracludimus: atque ita, ut non solummodo sponte prodire non audeant, sed ne vocati quidem in iudicium venire cogantur. — Dat. 4 idus August. RAVENNAE, MARINIANO et ASCEPIODOTO CONSS. 425.

13. Imp. ZENO. Qui falsa in testimonio protulerit, primum quidem de perjurio, deinde falsi crimine convenitur. Quod si eum in ipso testimonio tempore mentiri suspicio sit, verberatur. Quod si is, qui ex falso testimonio damnatus est, civiliter agere contra testem voluerit: quidquid damni fecit ab eo recipiet, ac praeterea falsus ille testis definitam legibus poenam sustinebit. Quod si etiam in ipsa lite principali convictus mendacii fuerit, officium iudicis esto, ut eum, vel in totam litem, quae illi mota est, contra quem testimonium dixit, vel in minus condemnet, vel etiam poenis subiciat: servatis omnibus, quae jam statuta sunt de his, qui falsum testimonium perhibent.

14. Imp. ZENO A. Arcadio P. P. Nullum penitus, cum semel ad iudicium quemlibet, licet non suum, dicendi gratia testimonium fuerit ingressus: armatam forte militiam, vel quamlibet aliam fori praescriptionem ad evadendum iudicis motum, quem vel testimonio verborum improbitas, vel rei qualitas flagitaverit, posse praetendere praecipimus: sed omnes qui in civili scilicet causa suum praebent testimonium, separato, et tanquam [ante] iudicium interim deposito exceptionis fori privilegio, hujusmodi praesidio denudatos, ita [ad] iudicantis intrare secretum, ut quicunque aures ejus offenderint, non dubitent sibimet formidandum: data cunctis iudicibus absque ullo praescriptionis obstaculo [sicut saepe dictum est] [in testes,] quorum voces falsitate, vel fraude non carere perspexerint, pro qualitate videlicet delicti, animadvertendi licentia. — Dat. 12 kal. Jun. DECEO et LONGINO CONSS. 486.

15. Imp. ZENO. Hanc legem restituit ex Basilicis Cujacius libro trigesimo tertio observationum capite trigesimo octavo, et illius argumentum his fere verbis explicat: XV. Graeca, quae dat in primis pedaneis iudicibus testes falsos corrigendi et tormentis subijcendi, si plebei sunt, jus potestatemque adhibito praefecto vigili. Quod si testes decuriones sunt, vel in aliqua dignitate positi, ut non possit in eos iudex pedaneus animadvertere, debet rem omnem ad magistratum a quo datus est; referre, ita ut pro insinuatione relationis nihil inferatur, et si res aperta sit, sententiam a magistratu ferri de testium fide suscipienda vel rejicienda oporteat: sin autem majori indagatione indigere videatur, rursus ejus rei cognitionem iudici delegari, non obstante ulla praescriptione fori, ullo privilegio. Nam cum ultra testimonium dixerint, suo privilegio testes renunsiassent videntur. — § 1. Qui falso negavit adversarium suum esse cognatum, exigitur ab eo probationes generis aut gentis, quam is se habere dicebat: non habeat jus vindicandorum honorum intestati, (ejus scilicet quem suum esse cognatum negavit, cum intestatus decesserit.) Sed non audiatur qui ab adversario probationes generis exigit, nisi prius ipse iuret de calumnia, et jurato conservetur jus legitimae successiois. Requiritur vero ad generis probationem testes quique si desint instrumenta, vel tres, si illis instrumenta suffragentur. Quod si hujusmodi sunt instrumenta, quae omnium probationum vice esse possint, illa etiam sine testibus sufficiunt. Ultimum autem ejus constitutionis caput illud est, ut qui instrumento testis adfuit, et qui deposuit tanquam testis quae sciebat, post, lite mota, non possit defugere testimonium, et uti praescriptione fori.

16. Imp. JUSTINIANUS. Constitutio jubet non solum in criminalibus iudiciis, sed etiam in pecuniariis unumquemque cogi testimonium perhibere de his, quae novit, cum sacramenti praestatione, vel jurare, se nihil compertum habere (exceptis tamen personis quae legibus prohibentur ad testimonium cogi, et etiam illustribus, et his qui supra illastres sunt, nisi sacra forma interveniat) et si quidem in regia urbe testes habitent, cogit eos propria voce testimonium ferre: si vero non adfuerint, mitti ad eos jubet procuratores partium, ut apud eos deponant, quae noverint, vel dejerant, quae ignorant. Eodem proculdubio observando, et in testimonio quod in gestis fit, nempe ut eadem personae ab ejus necessitate excipiantur. — § 1. Omnibus autem testibus sine damno et impendio suo vult factas de his interlocutiones et productiones procedere.

17. Imp. JUSTINIANUS A. Mennae P. P. Si quis testibus usus fuerit, iidemque testes adversus eum in alia lite

L. ult. in fin. infr. de accusat. — 15. L. 5, § 4, D. h. t.; L. 6, § 2, infr. de appell.; L. 11, § 1, D. ad exhib. — 16. L. 4, in fin. D. h. t. — 17. L. 9, in princ. supr. eod. — 18. Fide enim l. 5, l. 9, l. 11, l. 16, l. 17, l. pen., L. ult. infr. ad leg. Corn. de fals.; L. 1, infr. quando civilis actio. — 19. L. 21, infr. ad leg. Corn. de fals. — 20. L. 16, D. h. t. — 21. Adde L. 10, l. 15, l. 16, l. 17, l. 22, supr. tit. prox. — 22. N. 90, c. 8. — 23. L. 5, l. 8, l. 6, l. 8, l. 12, supr.; L. 4, in fin. D. h. t. — 24. L. 11, supr. eod.

producantur: non licebit ei personas eorum excipere: nisi ostenderit, inimicitias inter se et illos postea emerisise, ex quibus testes repellere leges praecipiant: non adimenda scilicet ei licentia, ex ipsis depositionibus testimonium eorum arguere. Sed et si liquidis probationibus datione vel promissione pecuniarum eos corruptos esse ostenderit, etiam eam allegationem integram ei servari praecipimus. — Dat. 7 kal. Jun. D. N. JUSTINIANO A. 2 CONSS. 528.

18. Idem, A. Mennae P. P. Testium facilitatem, per quos multa veritati contraria perpetrantur, prout possibile est, rescantur: omnibus praedicimus, [ut] qui in scriptis a se debita retulerint, non facile audiantur, si dicant, omnis debui vel partis solutionem sine scriptis se fecisse, velintque viles et forsitan redemptos testes super hujusmodi solutione producere: nisi quinque testes idonei, et summae atque integre opinionis praesto fuerint solutioni celebratae, hique cum sacramenti religione deposuerint sub praesentia sua debitum esse solum: ut scientes omnes ita ea statuta esse, non aliter debitum, vel partem ejus persolvant, nisi vel securitatem in scriptis capiant vel observaverint praefatam testium probationem: his scilicet qui jam sine scriptis debitum vel partem ejus solverint, [a] praesenti sanctione merito excipiendis. Sin vero facta quidem [per scripturam] securitas sit, fortuito autem casu vel incendiis vel naufragiis, vel alterius infortunii precepta, tunc liceat his qui hoc perperis sunt, causam preemptionis probantibus, etiam [debiti] solutionem per testem probare, damnumque ex amissione instrumenti effugere. — Dat. kal. Jun. D. N. JUSTIN. A. 2 CONSS. 528.

In AUTHENT. de testibus, § et licet, collat. 7, tit. 2, Novell. 90, cap. 2. Rogati ut in testamentis, non fortuiti vel transeuntes veniant. Idem est, si post solutionem rogati intersint confessioni creditoris, dicentis pecuniam sibi debitam solutam fuisse.

19. Idem, A. Juliano P. P. Si quando invitos testes in pecuniariis causis ex nostra lege aliqui trahere maluerit, si quidem sua sponte fidejussionem suae personae sine damno praestare velint, hoc fieri: sin autem noluerint, non carcerali custodia detruendi, sed sacramento eos committi censemus. Si enim pro toto litis certamine jurjurando testium credendum esse putaverint hi, qui eos produxerint: multo magis praesentiam suam testibus sacramento eorum credere debent. Sed cum minime oporteat testes in hujusmodi casibus protelari, et pro alienis commodis suas invenire difficultates: disponimus, non amplius testes observare compelli iudices, postquam fuerint admoniti, nisi tantum quindecim dies: intra quos iudices provideant, quatenus cognitionem suscipiant, in qua testes necessarii visi fuerint: ut omnino licentia eis concedatur, et alterutra parte cessante, et minime eos observare volente, si per executores admoniti venire noluerint, testes accipere, et alterutra parte praesente quae eos introducit, testimonia eorum capere. His autem diebus effluentibus, liceat quidem testibus discedere [a] iudice nullam habente licentiam eos, postquam abfuerint, iterum retrahere. Ipsum autem iudicem, si per eum steterit, quominus testimonium praesietur, parti laesae omnem jacturam pro hujusmodi causa illatam ex suis facultatibus resarcire [disponimus]. — Dat. 12 kal. april. LAMPADIO et ORESTE CONSS. 530.

In AUTHENT. de testibus, § et hoc vero quia multoties, col. 7, tit. 2, Novell. 90, cap. 9.

Sed et si quis ab aliquo aliquid patiatu contra leges, aut aliter levis, aut damnum patiens, et testes apud iudicem producere voluerit, et eorum testimonia publicare; adversarius moneatur a iudice, et sic eo praesente iudex attestaciones recipiat. Quod si venire noluerit, etiam eo absente attestaciones recipiat: et perinde valebunt, ac si eo praesente recepta fuissent: nec opponere poterit, quod ex una parte datae sunt.

20. Idem, A. Juliano P. P. Cum apud compromissarios iudices testes fuisse producti varium erat, utrum deberet eorum depositionibus in iudicio litigator uti, an non esset audiendus? Sancimus igitur, siquidem in compromissis aliquid pro hujusmodi causa statutum est, hoc observari. Sin autem nihil conventum est in hujusmodi casibus: siquidem supersint testes, licentiam habere eum contra quem depositiones eorum profertur, si eas recusaverit, concedere testes iterum adduci, et non opponi eis quod jam testimonium suum

25. L. 5, pr. D. eod.; N. 90, c. 7; vide tamen L. 1, § 24, D. de question. adde L. 1, § 25, h. t. — 26. L. 2, D. de coactis; L. 1, § 2, D. ad leg. Corn. de fals. — 27. d. l. 1, § 1. — 28. N. 90, c. 2. — 29. Adde L. 20, § 9, D. qui testam. — 30. L. 7, supr. de legib. — 31. Confer. L. 13, D. h. t. — 32. L. 22, § 2, D. qui testam. — 33. L. 16, supr. h. t. — 34. N. 90, c. 9. — 35. Immo vide pr. Inst. de oblig. quae qua si ex delicti; L. ult. D. de extraord. cogn. — 36. L. 5 in fin. supr. de recept. arbitr.

71. Tit. XXI. — 1. N. 75; Lib. 22, D. 4. — 2. Adde L. 4, L. 5, L. 6, L. 7, L. 8, L. 10, infr. h. t. — 3. L. 24, supr. de probat. — 4. L. 7, pr. D. de accusat. — 5. L. 5, pr. D. de appellat. — 6. L. 5, supr. de edendo; L. 2, infr. de discuss. — 7. L. 1, supr. h. t. — 8. L. 18, in fin. supr. tit. prox. — 9. Adde L. 15, D. de probat.; L. 5, infr. de testam. — 10. L. ult. vers. seu accepta, infr. de profess. et mod. — 11. Adde L. 1, L. 6, supr.; L. 10, infr. h. t.; L. 7, infr. de praescript. longi temp.

72. Tit. XXI. — 1. N. 75; Lib. 22, D. 4. — 2. Adde L. 4, L. 5, L. 6, L. 7, L. 8, L. 10, infr. h. t. — 3. L. 24, supr. de probat. — 4. L. 7, pr. D. de accusat. — 5. L. 5, pr. D. de appellat. — 6. L. 5, supr. de edendo; L. 2, infr. de discuss. — 7. L. 1, supr. h. t. — 8. L. 18, in fin. supr. tit. prox. — 9. Adde L. 15, D. de probat.; L. 5, infr. de testam. — 10. L. ult. vers. seu accepta, infr. de profess. et mod. — 11. Adde L. 1, L. 6, supr.; L. 10, infr. h. t.; L. 7, infr. de praescript. longi temp.

73. Tit. XXI. — 1. N. 75; Lib. 22, D. 4. — 2. Adde L. 4, L. 5, L. 6, L. 7, L. 8, L. 10, infr. h. t. — 3. L. 24, supr. de probat. — 4. L. 7, pr. D. de accusat. — 5. L. 5, pr. D. de appellat. — 6. L. 5, supr. de edendo; L. 2, infr. de discuss. — 7. L. 1, supr. h. t. — 8. L. 18, in fin. supr. tit. prox. — 9. Adde L. 15, D. de probat.; L. 5, infr. de testam. — 10. L. ult. vers. seu accepta, infr. de profess. et mod. — 11. Adde L. 1, L. 6, supr.; L. 10, infr. h. t.; L. 7, infr. de praescript. longi temp.

derint: vel si hoc concedere minime maluerit, depositiones eorum quasi factas accipere: omni jure legitimo quod ei competet adversus eas servato. Sin autem ab hac luce omnes subtracti sint, tunc necessitatem ei imponi, fide scripturae approbata, in qua depositiones eorum referuntur, eas quasi factas accipere. Si vero res permixtae fuerint, et quidam ex his mortui, alii viventes: tunc in superstitum quidem testimoniis eandem electionem servari litigatori adversus quem testimonia profertur: in morientium autem personas depositiones eorum non esse respuandas: omni (secundum quod jam praediximus) adversus eas et testes legitimo jure quod ei competet adversus quem profertur, integro reservato. — Dat. 6 kal. april. LAMPADIO et ORESTE CONSS. 530.

TIT. XXI.

DE FIDE INSTRUMENTORUM, ET AMISSIONE EORUM, [ET DE APOCHIS] ET ANTAPOCHIS FACIENDIS, ET DE HIS, QUAE SINE SCRIPTURA FIERI POSSUNT.

1. Imp. ANTONINUS A. Septimiae Martiae.

Debitores tuos quibuscunque rationibus debere tibi pecuniam si probaveris, ad absolutionem compellat aditus praeses provinciae: nec obicit tibi amissio instrumentorum, si modo manifestis probationibus eos debitores esse apparuerit. — P. P. 5 idus sept. ANTONINO A. 4 et BALBINO CONSS. 214.

2. Imp. ALEXANDER A. Mabiliano.

Si uteris instrumento, de quo alius accusatus falsi victus est, et paratus est (si ita visum fuerit) a quo pecuniam petis, ejusdem criminis te reum facere, et discrimen periculi [poenae] legis Corneliae subire, non oberit sententia, a qua necis contra quem data est, appellavit: nec tuus, qui tunc crimini non eras subjectus appellare debuisti. — P. P. 3 kal. octob. MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

3. Idem, A. Aeliano.

Si adversarius tuus apud acta praesidis provinciae, cum fides instrumenti quod proferebat, in dubium revocaretur, non usurum se contestatus est, vereri non debes ne ea scriptura, quam non esse veram etiam professione ejus constitit, negotium denuo repetatur. — P. P. 3 non. dec. MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

4. Imp. GORDIANUS A. Martiano.

Illatae dispensatori pecuniae, si ob amissorum instrumentorum casum probatione defeceris, inspectio rationum fiscalium fidem demonstrabit. — Dat. 2 id. febr. GORDIANO A. et AVIOLIA CONSS. 240.

5. Idem, A. Prisco et Marco militibus.

Sicut iniquum est, instrumentis vi ignis consumptis, debitores quantulum debitum renuere solutionem: ita non statim casum congerentibus facile credendum est: intelligere itaque debetis, non existentibus instrumentis, vel aliis argumentis, probare debere [fidem] precibus vestris adesse. — P. P. 3 kal. Jun. SABINO 2 et VERUSTO CONSS. 241.

6. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Lucido.

Statum tuum, natali professione praedita, mutilatum non esse, certi juris est. — Dat. 13 kalend. febr. NICOMEDIA, MAXIMO 2 et AQUILINO CONSS. 286.

7. Idem, AA. et CC. Zimiae.

Si solennibus stipendiis honeste sacramento solutus es, licet super hujusmodi re instrumenta facta perita sint, tamen si aliis evidentibus probationibus veritas ostendi potest, veteranorum privilegia etiam usurpare te posse, dubium non est. — Dat. 15 kal. Jun. MAXIMO 2 et AQUILINO CONSS. 286.

8. Idem, AA. et CC. Alexandro.

Si constiterit proprietatem possessionis, de qua agitur, apud vos esse, providebit iudex ex persona fructuarii nullum praedictum domino vestro comparari, propter amissionem instrumentorum. — Dat. 13 kal. Mart. DIOCLET. 3 et MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

74. Tit. XXI. — 1. N. 75; Lib. 22, D. 4. — 2. Adde L. 4, L. 5, L. 6, L. 7, L. 8, L. 10, infr. h. t. — 3. L. 24, supr. de probat. — 4. L. 7, pr. D. de accusat. — 5. L. 5, pr. D. de appellat. — 6. L. 5, supr. de edendo; L. 2, infr. de discuss. — 7. L. 1, supr. h. t. — 8. L. 18, in fin. supr. tit. prox. — 9. Adde L. 15, D. de probat.; L. 5, infr. de testam. — 10. L. ult. vers. seu accepta, infr. de profess. et mod. — 11. Adde L. 1, L. 6, supr.; L. 10, infr. h. t.; L. 7, infr. de praescript. longi temp.